



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

23 Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

A D D E

Fidejussor Clerici non utitur privilegio fori Clerici, sed in suo foro convenitur, per reg. Exceptio competens Principali, competit etiam Reo, si rei inhareat, veluti Exceptio usuraria vel compensationis, sed si inhareat personæ tunc non competit Hippol. de fidejuss. num. 267. Rom. sing. 633. Guido. Papæ sing. 449. Boverius sing. in verbo. cautio. & fidejussio. num. 6. Mattheus Boyss Doctor.

23 Fallentia.

23. fallit generaliter in fructibus & obventionibus temporalibus, quæ proveniunt ex rebus spiritualibus in quibus etiam iudex laicus est iudex competens, & maximè cum laicus qui detinet, arguitur de mala fide & detentione illicita & injusta, tunc enim cum subtractio earum possit dici sacrilegium, de pecu. cleri. cap. inquirendum & 12. quæst. 2. cap. 3. certum est iudicem laicum esse iudicem competentem. in cap. cum sit generale, de foro. compe. ad quod facit quod scripsi in hujus regulæ fallentia. 19. & ita tenet Petr. de Ancha. in reg. iuris Ea quæ. de regul. juris lib. 6. qu. 5. & dixi in hujus tertiæ regulæ fallent. 5.

24 Fal-